

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Antiquissima quaeque commentati. Emblema CLXXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

tiam omnium difficillimam videri, quia constet rerum pulcherrimarum scientia, compositione apta verborum, motuum cognitione, iocorum & faceriarum eruditione, subtilitate respondendi & lacessendi, vrbantate, historia, prudentia iuris, actione, memoria. Eandem difficultatem eloquentiæ ipsemet ostendit alijs locis, sed in ea maximè pro Cælio: An vos aliam causam esse vllam putatis, cur in tantis præmijs eloquentiæ tam pauci sint semperq; fuerint, qui in hoc labore versentur? Omittenda sunt omnes voluptates: relinquenda studia delectationis, ludus, iocus, conuiuium, sermo etiam penè omnium familiarium deserendus, quæ res in hoc genere homines à labore studioq; dicendi deteret. Cato oratorem definit virum bonum

dicendi peritum. Cicero eloquentiam nil aliud esse dicit, nisi copiosè loquentem sapientiam. Ex quibus manifestè apparet, ad oratoris & eloquentiæ essentiam & bonitatem, & sapientiam exigi; nec tamen sufficere, nisi & peritia adit & copia. Ita vt primæ illæ duæ virum bonum sapientemq; duntaxat, hæ autem solæ nec bonum, nec sapientem, nec eloquentem quidem efficiant, sed loquacem: omnes verò coniunctæ perficiant oratorem, cuiusq; artificium, quod profectò rarius atq; altius est, quam putent, qui in multiloquio & volubilitate verborum sicum sperant. Quisquis ergo oratoris nomen, & eloquentiæ veram laudem quærit, virtuti & sapientiæ primùm studeat necesse est, quarum quidem radices sunt amaræ, sed fructus dulces.

*Requisita
ad perfectam
faciendam.*

Antiquissima quæque commentitia.

EMBLEMA CLXXXIII.



PALLE.

PALLENÆ F senex, cui forma est histrica, Proteu,
 Qui modò membra viri fers, modò membra feri:
 Dic age, quæ species ratio te vertit in omnes,
 Nulla sit ut vario certa figura tibi?
 Signa vetustatis, primæui & præfero sæcli,
 De quo quisque suo somniat arbitrio.

COMMENTARI I.

I. **P**ROTEVM quacunq; forma pinx-
 ris, non erraueris, relinquatur enim
 cuiusuis arbitrio pingendi & fingendi, si-
 cut ipsi transmutandi. (Noster hic non ma-
 le effectus est, ut qui in marinis fluctibus
 tridente armatus de homine, equo, draco-
 ne, & pisce participet. Hunc si in curru à
 phocis vecto locaueris, Virgilium habes
 autorem lib. 4. Georg.
 Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
 Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus a-
 quor

iusmodi transmutationis præbuit: nam te-
 gibus Ægyptijs mos erat leonis, tauri, vel
 draconis priorem partem ferre in capite,
 principatus insignia: quandoque verd æ-
 bobrem, aliquando ignem, nonnunquam re-
 dolentia supra caput unguenta, & aquas:
 hæc enim spectabant ad ornatum, eum stu-
 porem ac superstitionem quandam inspi-
 cientibus intuebant. Alii sunt, qui hanc
 transformationem cōuertant ad variarum
 disciplinarum peritiam. Interpres Atati
 Proteum φυσικῶς aerem esse dicit, ideoq;
 apud Homerum, in ignem atque aquam
 conuerti. At Platonici exponentes illud
 Orphei de Proteo, πρῶτῃ κελύτῳ πόν-
 τε κληίδας ἔχοντα. volunt Proteum eam
 esse mentem, à qua formæ defluant. Cla-
 ues enim ποῦτι, generationem rerum esse
 volunt. Certè Ponticus Heraclides sub
 Protei fabula informem rerum mate-
 riam à Poetis συμβολικῶς significari ait:
 cuius verba huc referam vel obiter. Ἔ

Fabula
Protei or-
casto.

Proteus
aer.

Materia
Ἔ ἡ πολυπρόσωπος εἰς ἅπαντα ἃ βύ-
prima, se-
cundum
Heracli-
dem Pon-
ticum.

Ἔ ἡ πολυπρόσωπος εἰς ἅπαντα ἃ βύ-
 λεται πρῶτῶς μετὰ μορφοῦσιν ποικιλικῶν
 καὶ θεράσιοι μῦθοι δικέσθιν, εἰ μὴ τις
 ἄρα τῆς ψυχῆ τὰς ὀλυμπίας ἐμῆρε τελε-
 τὰς ἱεροφαντήσῃ τὴν ἐν προμήθορα τῶν
 ἔλων ὑφίσταται γένεσιν, ἃς ἡς τὸ πάν-
 ζῶσθαι, εἰς ὃ νῦν βλέπομεν, ἢ καὶ κατὰ
 σημα. παλαιὸν γὰρ ἦσαν ποτὶ θεοῖο.
 καὶ ὅς ἀτύπωτον ἢ ὑπόλιμον ἦν, ἐδί-
 πω κεκριμένοις χαρακτῆρσιν εἰς τίλειον
 ἢ κῆσα μορφοῦς. ἔτε γὰρ γῆ τῆ τῶν ὀλων
 ἐστὶ κέντρον ἐπεπῆγει βεβαίον, ὅτε ἔρα-
 νὸς περὶ τὴν ἀίδιον σορὰν ἰδρυμένος ἐκ-
 κλεῖτο πάντα δ' ἦν ἀνήλιος ἡμέρα καὶ
 κατηφῶσα σιγῆ, καὶ πλῆον ἐδῖν ἦν ἡ κε-
 κρυμμένης ὕλης ἀμορφος ἀργία. πρὶν ἢ
 δημιουργὸς ἀπάντων ἐξ κοσμοδύκος ἀργῆ
 σωτήριον ἐκλύσασα τὰ βίω τύπον, τὸν
 κόσμον ἀπίθωκε τῷ κόσμῳ. διεζεύγνυ-
 το μὲν ἄρα τὸ γῆς ἐχώριζε δι τὴν ἡσπ-
 ρον θαλάττης, τίτταρα δι σοιχέια τῶν
 ὀλων

II.
Proteus.

PROTEVS Deus marinus, Neptuni
 filius (vt scribit Isacius Tzetzes in Lych-
 phronem) genere Ægyptius, ex Thracia
 Phlegram veniens, quæ Pallenens ciuitas est,
 Toronem Ægyptiam duxit vxorem, ex
 qua liberos suscepit Tmylum & Telego-
 num, qui ob crudelitatem, qua in hospites
 vtebantur, ab Hercule sunt obrunati.
 Proteus cognita cæde filiorum neq; lacry-
 mas emittit, quia nefarij essent homines;
 neq; sinit, quod essent filij, vt scripsit Theo-
 pompus lib. 8. rerum Græc. Creditus est
 pastor phocarum, & vaticinij peritissimus,
 sed nisi coactus nulla dans responsa, vt do-
 cet Homerus Odyss. 4. & ex ipso Virgil. 4.
 Georg. Herodotus in Euterpe longam con-
 texit de Proteo, & Paride, & Helena histo-
 riam, quam breuitatis causa omisi. Philo-
 stratus in vita Apollonij in multis suffra-
 gatur Herodoto. Diodorus Siculus lib. 2.
 multò aliter quam Herodotus sentit. Cum
 Ægyptus rege careret (ait ille) ex digno-
 ribus quidam in regem assumptus est,
 quem Ægyptij Cæca, Græci Proteam
 appellant, qui Italici belli tempore exiit.
 Hunc artium peritum fuisse tradunt, & in
 varias formas se vertere solitum, vt nunc
 animal, quadoq; arbor, aut ignis, aut quid
 aliud videretur. Conseruetudo autem regi-
 bus Ægyptus tradita, Græcis causam hu-

Proteus
pastor
phocarū.

ἄλων ῥίζα καὶ γίναε, ἐν τᾷ τὴν ἰδίαν μορφήν ἐκονίζετο. τῆτων δὲ προμηθεὺς κρηναμένων ὁ θεὸς μηδεμίαν ἐκὸς διακρίσεως περὶ τὴν ἀμύρρον ὕλην, πρῶτα δὲ θυγάτηρ εἰδυδία δικαίως εἶδος ἑκάστου γινομένη θία. διὰ τὸ τοῦ μίαν τὸ εἶναι ἂν ὅστις ὁ πρῶτος, εἰς πολλὰς ἡμερῆς τὸ μορφᾶς ὑπὸ τῆς προνοίας διαπλαττόμενος.

ἦτοι μιν πρῶτα λεῶν γίνεται ἡ ὕλη νεός, αὐτὰρ ἔπειτα δράκοντος καὶ παράλις, ἡ δὲ μίγξις οὗτος.

γίνετο δ' ὕγρον ὕδωρ, καὶ δένδρον ὕλην πηλον.

Διὰ μὲν ἐν τῷ λεόντος ἐκτύρον ζῶν, τὸν αἰθίρα δὲ μορφήν. δράκοντος δ' ἐστὶν ἡ γῆ. τὸ γὰρ αὐτόχθων αὐτὴ καὶ γηγενής, ἔστιν ἄλλο πλὴν τούτου σημαίνει. δένδρον γὰρ μὴν ἄπαν ἀνέξανόμενον, καὶ τὴν ἀπὸ γῆς ὀρμηὴν μεταρροία ἀεὶ λαμβάνον, συμβολικῶς εἶπεν αἶρα. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ εἰς ἀσφαλέστραν ὄν προηνιζέτο διλωτικὴν εἰς τὸ φανεροτέρου παρήσειεν εἰπῶν, γίνετο δ' ὕγρον ὕδωρ. ὡς εὐλογον τὴν μὲν ἀμύρρον ὕλην πρῶτα καλεῖσθαι, τὴν δ' εἰδυλοπλασθήσασαν ἑκάστα προνοίαν, εἰδυδίαν, ἐξ ἀμφοῖν δὲ πᾶν διακριθὲν, εἰς τὰ συνεχῆ καὶ προσηκτικὰ τῶν ὄλων σχισθῆναι. πιδασθᾶς δὲ καὶ τὴν ἡῆσον, ἐν ᾗ ταῦτα διπλασέν, ὄρον ἀνόμεσεν. ἔπειθ' ἡ περὶ εἰς φέρσαι, τὸ γεννηθῆσαι, καὶ τὴν γῆν ἀφάρωτον, ὁ καλλιμάχος εἶπε τὴν ἀγονον, ἀφάρωτος οἶον γυνή. φυσικῶς δὲ ἴδον ἀπάντων ταῖρα χωρὸν ἀνόμεσεν φέρων, ἐκ τῆς γονίμου προσηγορίας ὁ μάλις αἰβύλετο, οὐμῆνας. Pontici Heraclidis locum ex interpretat one Gesneri apponam, ne studiosos nostra paraphrasi remoremur. Narratur multiformis, in quascumque res voluisset, Protei mutatio: qua omnia Poetica & monstrosa fabula videntur, nisi quis divinae Homeri mysteria, veluti sacra, mente caelesti tractet. Etenim hac fabula primigeniam uniuersae originem constituit, qua omnes mundi partes confirmata, illam quam nunc videmus, speciem effecerunt. Erat enim olim mundus informis & caenosus, nondum discretis rerum notis integritatem sua forma adeptus. Nam nequidum tellus centrum suum pro fundamento rerum omnium stabilierat, neque caeli perpetuus motus certa sede voluebatur, sed omnia sine Solis usu immota, tristitibus silentio depressa languebant: aliud extabat nihil,

Chaos.

quam informis diffusa materia segnities, antequam principium illud, a quo producta & constituta sunt omnia, salutrem vitam modum depromis, mundum mundo redderet, caelumq; a terra, & pelagus a continentia quatuor, ex quibus seu radice ac generis principio nihil non gignitur, ordinem suum & formam propriam acceperunt. Hac igitur cum diuina providentia disposita sine, numen illud, quod informem prius indifferetamq; materiam certis formis obliquauit, ab Homero Protei filia Eidothea nominatur, idq; merito, ut quae eidos & ἑκάστου θια, hoc est, idea seu forma cuiusvis inspectionem exhibuerit. Quocirca Proteus, qui una prius natura fuerat, in multas deinde species a providentia formatus diuiditur.

Principio est visus speciem subisse leonis, Mox aper, inde draco fieri, fera paradisi inde.

In latices etiam se vertit, & arbore formam Mutauit priscam ramis ac frondibus alta. Per leonem, animal ignem, atherem indicat. Draco tellus est, utpote indigena & de Draco terra natus. Arbor autem quavis cum augetur, & a terra semper in sublime nati. Arbor uo motu feratur, symbolum aeris est. Aqua uero, ut clarior enigmatis vim demonstraret, suo nomine manifesto vocat, inquitens:

In latices etiam se vertit. Proinde conuenit informem materiam Proteum appellari. Eidotheam uero providentiam, qua singulis formam effigiemq; suam addidit, & uniuersam molem ab utrisque discretam in continuas sibi & perficientes mundum partes diuisam esse. Probabiliter uero & insulam, in qua haec facta sunt, Pharam appellauit. Nam Olyssa, generare significat: & Callimachus sterilem terram, ἀφάρωτον dixit, ἀφάρωτος οἶον γυνή, id est, cesu mulier sterilis. Itaque naturaliter locum parentem rerum omnium, nuncupauit Pharam, per uocis etymologiam a fecunditate ducta, quid sibi uellet insinuans. Haec Heraclides Ponticus. Clemens Alexandrinus Pædagog. 3. c. 1. retulit Proteum ad cupiditatem animi humani in varias se se mutantem formas, plus quam olim Proteus, inquit, marinus daemona, &c. Iulianus Epistola quadam ad Iamblichum sapiente quodam, qui suam eruditionem tegetet, intelligi maluit:

πρω-

margin notes on the right side of the page, including references to Eidothea, Proteus, and other figures mentioned in the text.

Iäblich loci.

ἄφρατα μὲν δὴ τὸν ἀγύπτιον θεοὶ ποι-
 χίλας μορφῶς ἑαυτὸν ἐξαλλάττειν.
 ὡς περ διδάσκει μὴ λαθῆ τοῖς θεομίμοις.
 ὡς ἢ σοφῆς. ἐκρήνας ἰγὼ δειπτορ ἦν
 οὗτος σοφὸς φρωτεύς, καὶ οἷος πολλὰ τῶν
 ἄντων γινώσκων, ὡς Ομηρος λέγει, τῆς
 μὲν ὡν ἦδη φύσις αὐτὸν ἰσπανῶ, τῆς
 γνώμης δὲ ἐκ ἀγαμῶν. διότι μὴ φιλα-
 θρώπτει τινος, ἀλλ' ἀπαρτῶνος ἔργον ἰποῖει
 κρύπτων ἑαυτὸν, ἵνα μὴ χησιμῶς ἀν-
 θρώποις ἦ. id est. *Aium Proteum illum*
Aegyptium se in varias formas commuta-
se, quasi qui vereretur ne per imprudentiam
hominibus requiruntibus sapientem se esse
demonstraret. Si autem verum est eum fuis-
se sapientem, & ut qui multa animo per-
ceperis (ut prater ceteros Homerus testat-
ur) scientia quidem nomine laudari mihi
potest, ob ingenium vero minime. Non enim
viri hui, & liberaliter instituti, sed impro-
storis improbi partes agebat, cum ita se sin-
geret occultando, ne hominibus prodesse
posset. Basilus Magnus oratione ἄφρα
γίης, ad inconstantia fugam conuertit.
φρευκτίον οὖν, inquit, τῶ σαφροῦνυτι
τῶ πρὸς δόξαν ζῆν καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς
δοκούντα περισκοπεῖν, καὶ μὴ τῶ ὀρθόν
λέγον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τῶ βίῳ. ὡς
κάν τῶν ἀνθρώποις ἀντιλέγει, κἂν
α δόξῃν, καὶ κινδυνεύειν ὕπερ τῶ καλῶ
δῖν, μηδὲν αἰρήσθαι τῶν ὀρθῶς ἰγνώ-
σκῶν παρακινῆν. τὸν γὰρ μὴ οὕτως
ἰχοντάτι τοῦ Αἰγυπτῆ σοφιστοῦ φῆσο-
μῶν ἀπολείπειν, ὡς φυτόν ἐζήνετο, καὶ
ἄφρον, ὅτι τῶ βύλοιτε, καὶ τῶρ, καὶ ὕδωρ,
καὶ πάντα σχήματα. Quotum verbo-
rum hic est sensus: Cauendum igitur sapien-
ti homini, ne ad opinionem uincat. & ad ea
que populo placent, sed rectam rationem,
vita ducem, referat. Si ergo se omnibus op-
ponere, si male audire, si periclitari oportue-
ris pro honesto, nec vlla unquam ratione
abdicatur a vera sententia. Quod ne ita
fecerit, quid ni dicimus eum similem esse
sophista illi Aegypto, qui modo in arborem,
modo in feram, aliquando in ignem & a-
liam quocumque habitum sese transforma-
bat? Alii ad alia referunt, ut Ifacius Com-
mentarius in Lycophronem. Plato in Eu-
thydemo Proteum in Aegypto fuisse
sophistam, qui praestigis incautos falleret.
Alii dixerunt fuisse vram dicendi petiti,
qui facile posset in quosvis animorum mo-
tus homines impelleret. Plerique eundem

vatem abittabantur, quia multa ex fide-
 rum obseruatione, & ea praxeritarum re-
 rum memoriae praediceret. Alii credide-
 runt per artes magicas Proteum in praedi-
 ctas formas se mutasse. Ioannes Tzerzes
 (alius ab eo, quem iam citauimus) diui-
 natorem per pelues fuisse dicit, aut rheto-
 rem eximium, aut naturalem philosophū,
 qui posset de feris, arboribus, aquis, & igne
 disputare. Lucianus in dialogo de saltatio-
 ne, saltatorē eximium ait fuisse, ad effingē-
 dum in primis docilem, vt nunc humectā
 liquidamque exprimeret aquae vim, nunc
 ignis celeritatem morus vehementia. nunc
 leonis feritatem, aut etiam pardalis impet-
 um futoremve, postremō etiam virgulti
 flexum, & quidquid omnino collibuisset.
 Idem in dialogo qui Nauigium inscribitur,
 nauigandi periculum hominem videtur
 existimasse, Valerius Probus Proteum ty-
 rannum facit, quem propter insignem cru-
 delitatem Bustrim nominatum ait. Sed iā
 satis; imō verō plus satis. Certē vt id po-
 stremod, quae antiqua sunt, & extra homi-
 num memoriam aut certē coniecturam
 posita, quae inquam παλαιά, nō malē Pro-
 teum Pallenaeum referunt, de quo varii va-
 ria καὶ παλαιά καὶ ποικίλα referunt. Sed
 haec tam varias & prodigiosas opiniones
 recensere, nihil hic aliud mihi videretur,
 quam Proteum quendam nouum affinge-
 re, seu somnare. Si qui Proteum deniq; ad
 φράτην ὕλην reuocant, sentiunt eum He-
 raclide: si qui ad probabilem historiam, cū
 Diodoro libro 2. Quod pertinet adagium,
 Pellenae tunica. &, Proteo mutabilior. Vi-
 de Nar. Comit. lib. 8. Mytholog. cap. 8.
 PALLENAE] Probus Proteum facit
 Aegyptiū, quamuis Virgilius Pallenaeum
 dicat, cum inquit:
 Hic nunc Aemathia portus, patriāq; reuiste
 Pallenem.
 Ad eam enim reuersus fertur, cū ipsius
 filii, Tmylus & Telegonus, ab Hercule
 fuerunt occisi ob scelera. Legendum verō
 hic Pallenae, cū a, in prima, non cum e.
 Nam Pallene in Thracia est iuxta Macedo-
 niam, soli tam parentis (inquit Mela) vt
 quinq; urbium sedes sit, atq; ager. Vide
 Plineum lib. 4. cap. 9. Pellana verō seu Pel-
 lone vrbis est Arcadiae, de qua Plinius lib.
 4. cap. 6. & Ptolemaeus tab. 10. Euro-
 pae. Aliter interpret Apollonii lib. 1. Pel-
 leno, inquit, per o, ciuitas Achaiae (con-
 sentit

Vates?
 Magnus
 Philoso-
 phus.
 Saltator.
 Nauta.
 Tyrannus.
 Bustris.

III.

Pallene.
 Pellene.

Basilij Magni loci.

Proteus sophista. Orator.

scntit Scraho lib. 8.) alia est Arcadiz, & per
a, scribitur, Pallene. Nos hic de Pallene
Thraciz loquimur, quæ antiquo nomine
Phlegra dicebatur; non de Pellene Achaiz,
quam perperam Protei patriam facit Chi-
madū auctor, in proverb. *Pellena tunica.*

Senex] Allutio ad Emblematis epigra-
phen, & ad nominis Pallenci etymō. Nam
παλαιός, antiquum significat.

Cui forma est histrica] Varia & multi-
plex, qualis histrionum, qui pro rei, quam
sunt, varietate varium cultum assu-
munt. Est enim hic *Histrica*, possessuum
ab *histris*, non ab *histris*, ut imperiti putāt
& interpretantur. Nam sensus est: O Pro-
teu, qui soles agere histrionem, dum modō
in hominem, modō in feram, modō in ali-
quid aliud transformaris. Sic Plautus lo-
quitur in Pœnulo:

Audire iubet vos imperator histricus.

Etenim Proteus fiebat modō

*aper, modō avis, modō saxum, & cum
volet, arbor.*

*Proteus
mutabi-
lis.*

inquit Horatius Satyra 3. lib. 2. *Quin &
Virgil. 4. Georg.*

*Tum varia illudent species, atq; ora ferarū:
Fiet enim subito sus horridus, atraq; tigris,
Squamosusq; draco, & fulua coruice leana;
Aut acrem flamma sonitum dabit, atq; ita
vinclis*

*Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abi-
bit.*

Huc refer illud Luciani de saltatione, &
multa quæ cecinit Homerus de Proteo lib.
4. Odyss. quæ omnia transtulit Virgilius in
4. Georg. Vide etiam Ovidium 1. Fastr.
Hic visum fuit addere, quinam præter Pro-
teum fuerint, quibus se in varias figuras
mutandi permisa fuerit potestas. Et hi e-
quidem sunt, quos memini me legere. The-
tis, Metra, Vertumnus, Periclymenus, A-
chelous, Empusa. de quibus singulis pau-
ca dicemus. De Theride agit Ovidius lib.
11. Metamorph.

*In varias
formas
mutabi-
les.*

Thetis.

*Sed modō in volucris, volucrem tamen ille
tenebat;*

*Nunc gravis arbor eras, harebas in arbore
Peleus;*

Tertia forma suis maculosa tigridia.

Metra.

Metra siue Triopeis Erisichthonis Thes-
li filia fuit, quæ cum pater totum patri-
monium ob assiduam famem diuinitus im-
mensam deglutisset, sese tandem in varias
formas vertebat, quamdiu à patre vende-

recur, ut eius fami succurreret, vendita ste-
tim ad patrem redibat. De hac Ovidius
8. Metamorph.

*Nunc equus, nunc ales, modō bos, modō cer-
uus abibat.*

Res verò sic habet. Fuit Metra meretrix
liberali forma, ad quam cum commearent
adolescentes, corporis copiam nō a seque-
bantur, nisi equos, boues, aliaq; munera de-
ferrent; gemmarum enim vsus tunc tem-
poris nondum fuerat repertus. Hinc Thes-
sali per iocum dicebant, Metram Erisich-
thonis verti in ea omnia, quæ illi ab amato-
ribus donabantur. Vnde fluxit proverbium,
Mutabilior Metra Erisichthonis. in eū, qui
secum non constat.

Vertumnus quoq; in omnigenas species sese variabat, vnde &
nomen apud Latinos reperit. Hinc adagiū,
Vertumno inconstantior. De hoc habetur
integra elegia apud Propertium lib. 4. eleg.
2. & meminit Ovidius 14. Metamorph. &
1. Fastr. ait:

*Ille suā faciem transformat, & alterat artes
Mox domitus vinclis in sua membra re-
dit.*

Periclymenus Nelei filius ac trater Nesto-
ris, teste Homero Odyss. 11. Huic à Ne-
ptuno auro concessum omnia fieri, siue in
vsū, siue formicam, siue apem se verte-
re, ut Apollonius testatur; item & Hefio-
dus, cuius versus sic redditos Latine te-
peri:

*volucres inter sit namq; volucris;
Tum sit rursus apis, rursus (mirabile visu)
Formica appareat, sit rursus frigida serpens.*
Huius historiam describit Ovidius lib. 12.
Metamorph. vbi hi leguntur versus:
*Mira Periclymeni mors est, cui posse figuras
Sumere quas vellet, rursusq; reponere sum-
ptas*

Neptunus dederat.

Achelous dimicans cum Hercule pro De-
ianira, cum se videret multo inferiorem
viribus, in serpentem primò, deinde in rau-
rum, postremò in fluuium sese transfor-
mauit, vnde apud Ovidiū 9. Metamorph.
sic loquitur:

*Inferior viritate, meus diuertit ad artes;
Elaborq; viro longum formatus in anguem.*
Habuit deniq; etiam Empusa hanc ipsam
facultatem conuertendi se in quæcumque
libuisset, de qua ita scripsit Aristophanes
in Ranis:

*ἢ μὴν ἔρω γὰρ τὸν δῖον ἄνθρωπον μίλα.
ποιοῦ*

*Vertum-
nus.*

*Pericly-
menus.*

*Ache-
lous.*

Empusa.

πρότερον τῆς δουλείας ἀποκρίθη ἡ γυνὴ ἰσχυρῶς.

τὸτε μὲν εὖς, τὸτε δ' ὄραυε, τὸτε δ' ἀδύνατον.

ὡς ποιεῖται τὸς τῶν ἰσχυρῶν ἀπὸ τῶν ἀδύνατων.

Atqui profecto maximam vi deo feram.

Qualem? Nonnam, qua in cuncta morantur statum.

Nam mala, nunc boi, sitq; varsum, foemina Valde venusta. Vbi est? Ad eam me cifero, Sed varsum illa haud mulier, at in fit canis.

Sic etiam Epicharmus in nuptijs Hebes: ἔμπυσα δὲ θυρῶν, εὖς, ἢ γυνὴ γίγνεται.

Ἄδως τε, μύια, καὶ γυνὴ δ' ἀπείρα τις. ἢ πᾶσι δ' ὁποῖα λῆ, ἢ ὅσα συμπίπτει.

Empusa pluma, bos sit, atq; vipera; Lepusq; muscha, pulchra & illa famina, Quid quid capis, vel deniq; illi conferat.

Empusæ etiam Esagrus meminit lib. 6. cap. 2. i. histor. Ecclief. dum scribit Mauricij Imperatoris matrem narrate solitam,

sepe larvam, quam Græci Empusam vocant, infantem de loco in locum mouisse,

tanquam illum voraturam, minime tamen ei nocere potuisse. Et scribit Lilius Gyraldus Syntag. 12. quod audiuerit ex ijs, quibus nostro hoc tempore Empusæ vel phantasmata muliebra apparuerunt; seq; legisse qui putarent, illud Regis Davidis dæmonium meridianum huiuscemodi terculamentam significare. In Suidæ historijs legimus, Empusam seu Onocolæ esse spectrum diabolicum ab Hecate immissum;

calamitosi apparens: inde dictum, quod vno pede incedat, alterum verò habeat xneum aut asinum. Putabatur, inquit, etiã in meridie apparere, cum defunctis inferie ferrentur. Sanè Russi adhuc dæmonem meridianum metuunt, ille enim, quàm iã matura resecantur fruges. h. e. v. i. u. l. a. l. o. g. o. u. m. u. l. a. t. o. r. u. m. u. l. a. t. o. r. u. m. u. l. a. t. o. r. u. m.

operatijsq; vni vel pluribus, nisi protinus viso spectro in terram proni concidant, brachia frangit & cæcra. Empusas autem à veteribus Laminas & Marmolycias quoque nuncupatas esse scribit Philostratus in vita Apollonij. Vide plura de Empusis apud Cesium Rhodigin. lib. 11. cap. 16. & lib. 29. c. 5. Philip. Camerariani Oper. succis. cap. 70. Alex. ab Alexan. genial. dierum lib. 2. cap. 9. Sed hæc hæc tenus.

Empusa quid sit.

Protei & tynca.

Proteus] nominis etymo videtur cōsentaneum Herachidis Pontici sententia, qui

Proteum materiam p̄m̄gia voluit significati, quæ cum cerni tangiq; non possit, in innumeratas tamen formas trahit dicens enim Proteus, quasi τὸ πρότερον ἢ πρῶτον existens.

Signa versutatis &c.] ego præ mo fete symbolam veteris historix, quæ sit extra omnem hominum memoriã, de qua quisque sunt adfert somnium.

CONVERTIT Protei πολυμορφῆ ἑμβολαμ in scriptores quosdam rhapsodos, & rerum antiquissimarum, quæque extra omniam memoriã positæ sunt, narrationem à varijs & saepe pugnantibus inter se pretitam concinnantes; qui cum sibi non conveniant, & pro arbitrio somnient de rebus à se remotissimis, & ingenij humani captam excedentibus, pro germana natura liq; rerum veritate tenebras quasdam fabularum offundant, & portentiosam historix formam à varijs per tam, seu, vt dixeris vetus, indigestam quandam mistantq; nullaque penè sibi parte coherentem farraginem nobis obtudunt. vt reuera Proteum quendam in eiusmodi descriptionibus effingere velle videantur. Referam Arnobij verba ex libro 1. contra Gentes, quæ mirè huc quadrant: Falsitatis, ait, arguitis res nostras: & nos vestras arguimus falsitatis. Sed antiquiora, inquit, nostra sunt, ac per hoc fidei & veritatis plenissima: quasi verò errorum non antiquis plenissima mater sit, & nō ipsa pepererit res eas, quæ turpissimas Dijs notas ignominiosas cōcinnauerit in fabulis. Ante millia enim annorum decem nou potuerunt falsa & audiri, & credi; aut non simillimum verū est, fidem vicinis & finitimis, quàm spatio rum inesse longinquitate distantibus? Te- nus enim hæc, illa opinionibus asseruntur: & proclivius multò est, minus esse in recentibus fictionis, quàm in antiqua obscuritate submotis, &c. Gentes enim pleræque & nationes ignaræ vetustatis, & verè perpetuæque ferici temporum, fabulosas quasdam origines cōfunderunt: vt Thesalli, qui ex lapidibus ortum suum repetebant: Arcades Luna se antiquiores existimabāt: Athenienses dū ἰσοχόρας esse se cū ostenderent, gloriabantur suum genus Ionica gēte, quæ originem habuit à Iapheth Noci filio, vetustius, ideoque celebrius. Quam fallax verò & dubia olim fuerit in rerum originibus indagãdis gentilitas, vel

IV. Scriptores vos rhapsodos sode taxatur.

Arnobij locus.

Gentilitas falsa & fallax.

Plutarchus auctor est libr. de placitis philosophorum; sed melius & purius Eusebius Pamphil. libris de euangelica preparatione. Theodoretus, de curandis Graecis affectionibus, Iustin. Martyr, Athenagoras, Tacianus, Firmicus Maternus, de erroribus Gentilium, & alij nonnulli. Quotus enim quisq; qui non videat, Herodotum & Diodorum Siculum (vt de alijs taceam) initio suorum librorum caliginosa quaedam fabulamenta nobis & officias obijcere? T. Lilius, multo verecundior, cum Romanae vrbis, adeoque Romuli, Remique recenset incunabula, alioqui fateri cogitur veterum scriptorum commenta, qui magnas auctoribus suis ciuitates commendarent: sed hanc veniam tamen putat antiquitati dandam, & communiter receptae opinioni. Nulla est historia pagana, quae non aliquid in se fecis habeat: & nulla penè certa rerum antiquarum primordia, nisi quae in libris diuinis leguntur: imò multa nos fugiunt propter ignoracionem linguae primigeniae, vel quia multa temporum longa serie sunt obruta. Nec mirum, cum & in ijs, quae nostra aetate, vel nonnunquam nobis videtibus accepta sunt, pleriq; scriptores vel recitatores oblique contorqueant, & ipsi sibi meta somnia fingant. Sunt qui putent Proteum esse veritatem ipsam, quae quia latet, ac alta premitur rerum caligine, ideo traditum à mythicis, senem Proteum in antro obdormiscere. Porro ipse hic in varias transiit effigies, & vt poeta omnium maximus scienter canit,

*Proteses
veritatis
symbolū.*

*Omnia transformat sese in miracula verū,
ignemq; horribilemque sereno, fluminemq; li-
quentem.*

Siquidem dum ratione ducitur ingenium ad veritatis indagacionem, variae tunc oriuntur rerum formae, quae veritatis speciem ostentantes, animis nostris fallaciarum nebulae obiectant. Multa enim putamus vera ac bona, quae non sunt: itaq; Protei confirmatio imaginum fallarum rationem continet, quibus deludimur. Sunt enim qui in voluptate summum bonum statuunt; hanc per suam exptimi concipiunt: Alius expleuisse itam, crudelitatis concepraeculum, inter optanda maxime opinatur: tunc in rigridem demutatio recognoscitur. Draco autem eorum nobis errores inuait, qui terrena pulchritudine felicitatem metiuntur,

Inuenias qui ambitione & superbia, id exprimit leo; nam flamma etiam ita typum habet. Fluuu inliquentis nomine intelligo eos, quorum sententia animae post mortem corpoream tribuit nihil, sed vita hac fluxa & inconstanti, qua singulis momentis in declinat, hoc est, ad euidentissimum interitum ducimur, totum hominem metiuntur. Verum quod plures ingerunt se nobis obices, eò instadum acrius, & toto (vt Graeci dicunt) pede eatenus entendum obpicius, donec suae se figure reddat ambigiosus Proteus, vt veritas demum illuceat: quam magno & excellenti ingenio viri enixè peruestigare adorti quidem sunt, sed conatus omnium celsisse in interitum res ipsae docent; cederentq; etiamnum, nisi Saluator praepotens Christus ex sacris aeterni Patris fontibus tanti arcani prompsisset oracula. Intellectus quidem humani subtilis est & acuta, multiplex item, & diffusiva operatio, volubilis, incitatus atq; igneus vigor, qui nunquam sterit aut torpet situ, cupidine veritatis explorandae, & causis rerum atque consecutionibus expedito ac celeri motu disquirendis: vacillat tamen etiam vt reliqua hominis, à fatali illo actu & communi vulnere. Tenui & obtusa luce naturas rerum intuetur; & quod caligantibus oculis saepe contingit, vt truncum arboris Petri nomine indigerent aut alterius: hoc idem intellectui humano, vt aberret iudicio & hallucinetur turpiter, ebrioso aut caeco similis, in medijs tenebris palpitans. Haeret passim & labitur; nec extricat se implicitis opinionum inuolutis, quae torquent & turbant velut in gyru, vt nesciat figere aciem, & stare solido (vt sic dicam) pede. Sicut nauis agitatur fluctibus, nec mouetur, nunc in hoc, nunc in illa vis, quae in scrutinio rerum se continenter fatigat, & quasi procellis errorum huc illuc funditur. Conglomerant se conceptus, & rationum telis mutuo conficiunt, pendente & dubia victoria: interim veritas ipsa procul à conspectu in sinu naturae abdita delitescit, & ridet argutias ingeniorum, & bellas illas concertaciones, quibus doctorum pulpita perstrepunt. Collimant omnes & iaculantur, longius propuls, sed ad limbum scopi appingunt, nec ferrunt clauum; stringunt oram & radunt leuiter, nemo cor aut centrum circuli. Qui in pa-

*Veri in-
dagatio
difficilis.*

*Intelle-
ctus hu-
mani ca-
ligo & a-
re, et a se.*

*Disputa-
tiones
scho asti-
ca qua-
las.*

lastram hanc descendunt athleta, pangunt
 areas quasdam primò metandis castris, &
 mitionibus vallunt, quas si tormentum
 aliquod grandis ab aduersario immisum
 concusserit, ruit structura, & in angustijs
 sunt qui propugnant. Notetur fixantium
 vehementia, quam acri saepe conflictu con-
 grediantur, & mutuis assultibus collidunt
 cornua: vocale quoddam & inuentum
 bellum dicas. Negant, affirmant, partiun-
 tur, colligunt, diffundunt, conglobant, cur-
 uant, stringunt, torquent vt volunt, dum
 verisimile aliquid, & tanquam nucleum &
 cortice eliciant. Audies ibi fremitus, cla-
 mores, complosiones manuum, cauillationes
 & scommata, vt ad tribunal interdum
 provocare necesse, aut alium honorarium
 arbitrum, qui litem componat. Totius
 contouersie huius radix duplex: hebetu-
 do intellectus, & rerum obscuritas; quam-
 uis hæc surculus sit ab illo corrupto, sub-
 tracta enim ibi luce, hic tenebræ. Serenum
 & purum illud, quod substantijs incorpo-
 reis originis dignitate proximum, obtur-
 bat hæc corporea massa, qua vestitur, nec

fulgorem sui per opaculam hæc elarius
 exeret, quam per oppansum velum lame-
 pas. Hinc continuatos annos & sæcula. Sa-
 dotibus & vigilijs fracta transmittit inca-
 brantium solertia: nunquam petriuenit ad
 metam, incitato licet & volacii passus; nec
 de palma gloriari quemquam audiam.
 hæctenus, cum ea subsit difficultas, quam
 nedum conatu, sed ne spe quidem aut vo-
 to vlli fas vincere: semper ab ignorantie
 crassiori fuligine aspersum aliquid hæret,
 quod retundat aciem mentis aut siltat.
 Quod febricitantibus accidit, vt subsiden-
 te paroxysmo toto corpore languant, &
 via ægrum trahant spiritum: hoc animæ
 post acceptum primum vulnus, infirma-
 tur adhuc labefactis viribus & decusso vi-
 gore, nec assurgit ad pristinum robur, tota
 in mareore; nihil quod splendorem illum
 natalium & primogeniam maiestatem reser-
 ferat, reliquum. Quid ergo mirum, ocu-
 lum eius interiozem intellectum inquam,
 sic caligare, & perstringi rerum intuitu?
 hæsus est & lippit, collyrio indiget & cæ-
 sti illo myrothecio.

Vnde dif-
 ficultas
 rerum in-
 uestigandaru.

Insignia Poetarum.

EMBLEMA CLXXXIV.

